P. 1447

Fascic. XVI

Copia dei Capitoli ottenuti da Papa Nicolò IV per mezzo di Vitellozzo Vitelli, Bartolomeo di Fran.co Tucci e Ser Nicolò Gioanpetri Nunzio e oratore del Com. di Città di Castello, i cui originali furono riposti nel Campanile della Chiesa di S. Florido di C. d. C. — e Concessioni di altri Pontefici.

— Segnature di Libro —

Comune di Città di Castello
ARCHIVIO SEGRETO

Fascicolo N. XVI

Recepta de capitoli

[illegible] 1447

Xps

Fascic. XVI

Concessiones aliquot factæ a summis Pontificibus in illa provincia

1447

X

10

41

1447

Copia capitulorum sancti Comunitatis per Nicolaum
obtenta per manus Vitellozzi de Vitellis
Bartolomeum Franci de Futiis et Ser Nicolaum
Johampetri civium ac oratorum communis sub anno
a nativitate . MCCCCXLVIII . Et anno primo
supradicti . S. D. N. Nicolai pape quarti . Et origi-
nalia fuerunt recondita in campanile
ecclesie sancti Florid(i) in quadam cappsa cum certis
aliis capitulis et iuribus dicti communis .

Supplicatur humiliter et devote pro parte humilium ac devotissimorum
S. V. populi et communis civitatis castelli . Et Vitellozzi de Vitell(is)
Bartolomei Francisci de Futiis et Nicolai Johampetri Sin-
dicorum et procuratorum dicti communis et populi de omnibus et singulis
infrascriptis et c.

Imprimis quia consideratis iniquitatibus rebellium exititiorum
et confinatorum vestre civitatis castelli, et eorum seditionibus
homicidiis spoliationibus et conspirationibus contra ecclesiasticam
libertatem Et persecutores presentis ecclesie pluries factis et perpe-
tratis . Dignetur S. V. habere et reputare eos omnes pro
talibus et confirmare omnes processus sententias decreta
et reformationes factos contra ipsos rebelles confinatos
et exititios et quod nullus ex eis possit ad dictam civitatem
redire aut eius comitatum sine deliberatione consiliorum
generalium populi dicte civitatis . Attento maxime quod ipsi exititii
et rebelles continue adherent et conversantur cum tirannis
et dominis dominium illius vestre civitatis cupientibus

Placet quod redire non possint nisi de consensu civium
qui in presentiarum gubernant . T.

Item intellexit illa civitas quod S. V. intendit committere
thesaurariam vestre civitatis castelli thesaurario perusino
Quare cum instantia supplicatur S. V. ut talis commissio non
fiat ne hec transiret in consuetudinem quod usque nunc non fuit
nec supplicatur hec S. V. propter personam spectabilis viri domini
Celarii cui gerimus singularem reverentiam et ei daret
illa civitas omnem hobedientiam respectu S. V. et eius
virtutibus sed solum ad non inducendam talem consuetudinem

Placet . T.

Item dignetur S. V. non auferre nobis potestatem eligendi offitialem gabelle prout nouit per breue S. V. concessum fuit cum veniat vtilius sit camere S. V. eligere per comunitatem et confirmare per gubernatorem prout consuetum fuit et presertim tempore predecessorum S. V.

Placet usque ad beneplacitum nostrum. T.

Oblationes ecclesiarum fiant de introitibus Camere

Item dignetur S. V. quod oblationes consuete tempore felicis recordationis Martini et Eugenii summorum pontificum predecessorum V. S. ecclesiis conventualibus videlicet Sancte Marie seruorum, sancti Augustini, sancti Dominici et sancti Francisci et aliis locis piis fiant de introitibus camere apostolice notificando quod non excedunt summam florenorum [illegible] quolibet anno.

Placet. T.

Item quia per felicem recordationem Eugenii predecessorem V. S. constitutum fuit palatium dominus florenum singulo mense pro uno capellano qui cotidie celebraret prioribus dicte ciuitatis. Supplicant huiusmodi et duodecim pro parte ipsius ciuitatis quatenus dignetur S. V. augere cuilibet offitio priorum duos florenos singulo mense pro expensis ipsius capellani ut interueniat ad prandendum et cenam ipsorum et benedicat in principio mense et reddat gratias in fine et roget deum pro conseruatione status S. matris ecclesie et S. V. et viuant illis duobus mensibus sicut decet bonis quam pluribus aliis.

Capellanus dominorum priorum sit ... tinuus ...

Placet. T.

pro magistro gramatice

Item dignetur S. V. confirmare capitulum nobis concessum per felicis recordationis Martinum et Eugenium predecessores predecessorum videlicet quod magister gramatice habeat omni mense florenos quinque camere apostolice quia ad presens a thesaurario non habet nisi quatuor.

Placet. T.

Item simili supp.ª S. V. pro confirmatione capli super
conducta medici qui tpre supdci recordatis martini
eis concessit hre florenos centum otto cont tempore Pro Medico:
guerrarum postea pp inopiam dce civit reduxerunt
dictam provisione ad florenos sexaginta et tantum
solvit thesaurarius V. S. ad pns.

Placet de lxxx. T.

Item dignetur S. V. qd fraternitati pauperum virginis
marie testimonium florenos quinquaginta de suma Pro fraternitate paupm B. M.
flor centum concessorum civitati pro solvendo censum
cam apce tpre nobis concesse libertatis pro quorum
restitutione fuit facta deputatio sup expensis sol
vendis per comitatinos ad gabellam q expense
exacte sunt et continue exiguntur in utilitate cam
appce.

Placet. T.

Item dignetur S. V. remictere nobis gubernatorem
nostrum dnm Johem de interamne cuius integritas
iustitia et fidelitas apud nos S. V. fideles aprobata
est. Et qn ipm no redderet nob V. S. provideat
nob dum eleverit eius fratrem pro sex mensibus
proxime futuris. Et si hoc no concederet S. V. dignetur
providere nobis de gubernatore nob grato et S. V.
fideli et accepto attento maxime qr civitas illa
q situata est in confinibus dominij ser nris
eccle et ad pns continue augentur suspitiones
propter guerras ingruentes inmensa.

Providebimus oportune. T.

Item placeat S. V. confirmare nobis pro sex mensibus Galeazium Feliani de Perusio potestatem ipsius civitatis ex finito primo semestri et hoc quia bene progessit usque in presentem diem.

Promissum est. T.


Item dignetur S. V. tenore presentis capituli confirmare et approbare omnem capitulum concessione gratiarum et privilegiorum civitati predicte gessiis per quoscumque summos pontifices aut apud ipsos cumque aliis ab ipsis summis pontificibus potestatem habentibus sicut et quemadmodum per S. V. alias per breve gessium fuit [illegible]

Placet T.

Datum Rome apud Sanctum Petrum sub anulo piscatoris die ultimo mensis novembris MCCCCXLVII pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai divina providentia pape quinti Anno primo

P. Lunensis


Cuius quidem copie sive exemplo dictorum capitulorum lecte et abscultate coram egregio legum doctore domino Mariotto de Honestis de Castiglione Aretino iudice et collaterali nobilis viri Loisii de Pittis de Florentia potestatis civitatis Castelli existente in sala magna palatii dominorum priorum dicte civitatis quem locum pro declarando et habili ad hunc actum elegit et deputavit Et concordare inveniente cum eorum originali suam et communis civitatis Castelli auctoritatem interposuit et decretum ut decreto dicte copie fides adhibeatur plenaria Sub annis domini nostri Yhesu Christi a nativitate eiusdem MCCCCXLVIII indictione XI tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai pape quinti die [illegible] mensis aprilis Rogans me Laurentium notarium infrascriptum.

Et ego Laurentius filius Antonii  Franceschini de Lambardis de civitate Castelli publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius dictam copiam cum suo originali una cum infrascriptis ser Christoforo et ser Bartolomeo cum suo originali abscultavi et quia utrumque concordare inveni et interpositioni dicti decreti interfui ideo hic in testem me subscripsi et publicavi et signum meum consuetum apposui in fidem omnium predictorum Anno [illegible] die et indictione et pontificatu supradictis



Et ego Bartolomeus Antonini condam ser Britii
de Civitate Castelli publicus imperiali auctoritate notarius
iudexque ordinarius predictam copiam sive exemplum cum suo
originali una cum suprascripto ser Laurentio et ipso ser Christoforo
vidi legi et diligenter ascultavi Et quia utrumque concor-
dare inveni, interpo sitoque suprascripto decreto
interfui ideo hic in testimonium et fidem pre dictorum me subscripsi
publicumque in anno mense indictione pontificatu et die suprascriptis.

Et ego Christoforus ser Andree de Civitate Castelli publicus imperiali
auctoritate notarius iudexque ordinarius predictam copiam
dictorum capitulorum de originali suprascriptam copiam de verbo
ad verbum nil addens aut minuens et cum suprascripto
ser Laurentio et ser Bartolomeo ascultavi et quia
utrumque concordare inveni interposito quoque suprascripto decreto interfui
ideo hic in testimonium me subscripsi suprascriptis anno mense
die indictione pontificatu et die suprascriptis etc.



Signum mei Christofori suprascripti



In NOMINE domini nostri iesu xpi amen. Anno a nativitate domini eiusdem
millesimo quadringentesimoquinquagesimoquinto Indictione iii^a. tempore pontifica
tus s^mi in xpo patris et domini nostri domini Calisti ppe tertii die undecima mensis
maii hec est copia sive exemplum cuiusdam brevis prefati s^mi d. n. extractum ex
originali ipsius brevis non lesi non violati nec in aliqua sui parte suspecti sigillati anulo
piscatoris eiusdem ipsius d. n. cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis

Copia brevis optenti per d.
ambasiatores et Iustinum et Ni
colaum al capitaneum confirmat
omnia privilegia et statuta etc.

Calistus ppa iii.

Dilecti filii salutem et apostolicam ben. Audivimus libenter ea que nobis per vestros oratores
exposita fuerunt, vestramque fidem et devotionem erga nos et romane ecclesie statum pluri
mum comendantes et votis vestris annuere cupientes statuta vestra capitula
exemptiones gratias et indulta quecumque a romanis pontificibus predecessoribus nostris
seu aliis ab eis potestatem habentibus hactenus concessa. quorum tenores hic pro expressis
haberi volumus confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Insuper
ut litigantium parcatur expensis volumus quod prime cause in curia potestatis dicte nostre
civitatis tantum, et non coram auditoribus gubernatoris ibidem pro tempore existentis
agitentur. Super facto vero gubernatoris et peditum oportune providimus. Prout iidem
oratores vobis viva voce explicabunt. Datum Rome apud Sanctum Petrum
sub Anulo piscatoris. die xxvi. Aprilis. m cccc lv. pont nostri Anno primo

Prime cause per pretorem cognoscantur

A tergo

Marcellus.

Dilectis filiis Prioribus populi et Comuni
nostre civitatis castelli

Supradicte copie sive exemplo brevis suprascripti auscultate mecum eximio H. d. Thadeo
de fanurijs de fulgineo Iudice et collaterali nobilis viri et Spectabilis militis domini Stefani de
manasseis de [illegible] hon potestatis civitatis castelli existente in audientia magnificorum d.
priorum dicte civitatis. Quem locum pro idoneo ad presentem actum elegit et deputavit. concordare
inveni cum suo originali suam auctoritatem interposuit. et decrevit ut de cetero dicte copie
fides adhibeatur tamquam originali predicto sub anno pontificatu mense presentibus die xiii^a
Maii testis ipsis rogans me Lilium notarium etc.



Ego Lilius quondam Bartholomei Santonii de civitate castelli publicus utraque auctoritate notarius et iudex
ordinarius copiam dicti suprascripti brevis cum suo originali una cum suprascripto Bartholomeo
et Bartholomeo notario mecum dicto dicti collaterali auscultavi et inveniens utrumque
concordare interpositionem dicti decreti iterum ideo hic in testem me subscripsi et publicavi et
signum meum consuetum apposui insertis omnibus predictis Anno etc. Ind. et pont. suprascriptis

Ego Bertolus Blasii de civitate Castelli pub. imperiali auctoritate not. et iudex ordinarius predictam copiam supscripti brevis cum suo originali una cum supscripto S. Lillo et supscripto S. Bartolomeo notariis ceteris dicti domini Collettarii ascultavi et inveniens utriusque corpus concordare nulla verborum interpositione dicti decreti iussu ideo hic in testimonium me subscripsi et publicavi et signum meum consuetum apposui in fidem omnium premissorum. Anno, mense, indictione et pontificatu supradictis.

Et ego Bartolomeus quondam Guidi de civitate Castelli publicus imperiali auctoritate notarius atque iudex ordinarius predictam copiam sive exemplum cum suo originali una cum supradictis S. Lillo et S. Bartolomeo notariis legi et diligenter absultavi et quia utrumque concordare inveni nulla interpositione supscripti decreti iussu ideo hic me in testimonium subscripsi et publicavi sub anno mense indictione pontificatu et die supscriptis.

In dei nomine Amen. Anno a natiuitate domini Millesimoquadringentesimo quinquagesimo octauo Indictione vj. Tempore pontificatus S.mi in xpo patris et domini nostri domini Pij diuina prouidentia pape secundi die x° xbris mensis decembris.

Hec est copia siue transumptum cuiusdam breuis S.mi in xpo patris et domini nostri domini Pij diuina prouidentia pape secundi concessi comunitati Ciuitatiscastelli per prefatum S.mum dominum nostrum papam ueri sigillati quodam sigillo in cera rubea ... imagine ... stantis in nauicula et trahentis Rete cum literis in circuitu que dicunt Pius papa II in nulla sui parte suspecti Cuius quidem breuis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis

Pius papa II

Dilecti filij Salutem et apostolicam Benedictionem. Annuentes supplicationibus uestris nobis per Oratores uestros porrectis, omnia et singula statuta reformationes istius nostre Ciuitatiscastelli ac capitula exemptiones gratias priuilegia et indulta quecumque a romanis pontificibus predecessoribus nostris aut alijs ab eis potestatem habentibus concessa prout hactenus obseruata fuerunt tenore presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Placet insuper nobis quod ad bonum regimen istius nostre Ciuitatis Liceat et liberum sit uobis arbitrium in electionibus potestatum per uos faciendis nominare et eligere personas idoneas et prudentes non solum de terris ecclesie sed etiam de Ciuitatibus florentinorum Senarum et alijs quibuscumque locis ubi claros uiros esse intellexeritis. Bullam deinde uobis et communi uestro per fe. re. Calistum papam III predecessorem nostrum contra rebelles communis uestri concessam auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus. Insuper dilectum filium Johannem donatum de Spoleto per uos electum loco potestatis pro uno anno in executorem iustitie uigore breuis et gratie uobis a predecessore nostro concesse presentium tenore confirmamus. Demum pro fortificatione ballorum sterratorum et scarpe murorum dicte Ciuitatis ne propter uetustatem temporis penitus corruant, et incursione hostium diuellantur, de introitibus gabelle portarum Ciuitatis Centum ducatos auri de Camera in dictam fortificationem conuertendos uobis elargimur. Mandantes gubernatori pro tempore existenti ut huiusmodi largitionem centum flor. in dictam reparationem faciat cum effectu conuerti. Ipseque ac Thesaurarius et alij officiales ad quos pertinet prefatas confirmationem concessionem et largitionem uobis inuiolabiliter obseruent et faciant obseruari. Contrarijs non obstantibus quibuscumque.

Datum rome apud Sanctum petrum sub anulo piscatoris die xvj Septembris M° cccc° lviij° pontificatus nostri Anno primo.

Locus

A tergo Dilectis filijs prioribus et octo custodie ac communi nostre Ciuitatiscastelli.   Ja. Lucen.

Copia Breuis obtenti per d. Paulum de Bernardinis et S. Mathei de Gerlatis confirmatis omnia Capitula statuta et reformationes.

Concessio florenorum centum pro reparatione murorum Ciuitatis.

In Salecta mense magnificorum dominorum Priorum Ciuitatiscastelli existente in palatio ipsorum dominorum Consilium eximij legum doctoris domini Johannes Donati de Spinis de Spoleto


executor iustitie comunis et populi Civitatis Castelli et ibidem per vigore electionis sive supplens offitium collateralis domini potestatis dicte civitatis primo dictum locum pro suo tribunali sibi ydoneum elegit et deputavit. Deinde visis auscultatis et collationatis scripturis et toto dicto tenore ipsius suprascripti brevis et copie quod dicte suprascripte copie de verbo ad verbum et puntatim concordat cum suo originali presente et petente ser Cristoforo Sandree de dicta civitate sindico nomine universitatis hominum comunis civitatis Castelli vice et nomine dicte civitatis declaravit dicte suprascripte copie tantam suo originali perpetuo fidem tradam et tribuendam esse et habere ac tribui debere: suam quod propter auctoritatem et decretum interposuit presentibus ser Marco (?) viris (?) et statuta comunis Civitatis Castelli presentibus Lazaro Lilii de Bill... [illegible] et Antonio Iohannis Pasquelli de (?) [illegible] Comitibus dicte Civitatis et testibus in scripto



Ego Lilius quondam Bartholomei ser Antonii de Civitate Castelli publicus utraque auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius reformatus et cancellarius comunis et populi Civitatis Castelli predictis omnibus et singulis presens una cum suprascriptis testibus et infrascriptis ser Antonio ser Nicole et ser Francisco Petri Zamutii notariis interfui rogatus scribere scripsi subscripsi et publicavi signo et nomine meis consuetis appositis in fidem premissorum



Ego Antonius quondam ser Nicole ser Accorbi (?) de Civitate Castelli publicus imperiali auctoritate notarius atque iudex ordinarius predictis omnibus et singulis interfui una cum suprascriptis ser Lilio et suprascripto ser Francisco notariis rogatus scribere scripsi et publicavi et subscripsi et signum meum consuetum apposui in



Et ego Franciscus olim Petri Zamutii de Civitate Castelli publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius et iudex ordinarius ad presens notarius et scriba prefati executoris dicte civitatis predictis omnibus et singulis interfui una cum suprascriptis ser Lilio et ser Antonio notariis rogatus scribere scripsi subscripsi et publicavi et signum meum apposui consuetum

9v

10v